



CASPER
BREVIS
EXPOSITIO



B734
.C37
1756
v.3
c.1

25



1080042661



AÑO DE 1810.

Por el SUMARIO COMUN DE VIVOS.



NOS DON PATRICIO MARTINEZ DE BUSTOS, ARCEDIANO DE TRASTAMARA, DIGNIDAD Y CANONIGO de la Santa Metropolitana Iglesia de Santiago, Comisario Apostólico general de la Santa Cruzada &c. &c. &c. Considerando que en las circunstancias en que se halla la Nacion es imposible que se execute la impresion de todos los Sumarios de la Santa Bula en la misma forma que se ha hecho en los años anteriores; y deseando que los fieles de estos Reynos é Islas adyacentes se aprovechen de las muchas y apreciables gracias espirituales y temporales que por dicha Santa Bula se les conceden; hemos decretado, en uso de nuestras facultades Apostólicas, que solo por el año de mil ochocientos diez sirva la presente en lugar del Sumario comun de Vivos (donde no le haya), y produzca los mismos efectos que produciria el impreso que anualmente se distribuia á los fieles. Por tanto, y porque vos contribuireis con la limosna de tres reales de vellon, podeis disfrutar con toda seguridad de conciencia de las mismas gracias espirituales y temporales que comprehendia el Sumario impreso el año próximo pasado. Madrid primero de Mayo de mil ochocientos nueve.

D. n.º D. Patricio M.º de Bustos

25.

R. P. FR.

ANTONII
CASTEL,
BREVIS EXPOSITIO

AD QUATUOR

PETRI LOMBARDI, PARISIENSIS
Episcopi et Sententiarum Magistri Libros.

110532

TOMUS TERTIUS.

CUM PRIVILEGIO



MATRITI. Apud Joachim Ibarra Typografum Urosarum via.

Anno MDCCLVI.

FONDO BIBLIOTECA PUBLICA
DEL ESTADO DE NUEVO LEON

33042

R. P. F. R.

ANTONII

CASTEL.

BREVIS EXPOSITIO

AD QUATUOR

PETRI LOMBARDI, PARISIENSIS

Episcopi et Sententiarum Magistri Libros.

TOMUS TERTIUS



CUM PRIVILEGIO

ANNO MDCCCLV
BIBLIOTECA PUBLICA
DE MADRID

REVERENDISSIME PATER.



Indiga Naturæ inopia, parùmque authorata providentia id assequi potuit, quod splendidum Hispaniarum iubar Alphonfus Tostatus disertis enodavit verbis, videlicet: *Filios, Sacerdotes ab ipsâ naturâ creatos, & consecratos esse, ut Parentum cultui operam darent, quatenus iterato obsequenti sacrificio, parentum aras innumeris onerarent muneribus, multiplici sacrent anathemate, pro viribus suis beneficia paterna remuneraturi: Quidni oculatæ gratiæ potentiæ, amplissimæ supernaturalis Reipublicæ Moderatrici id inficiari poterimus, quod naturæ præstamus; iureque optimo Spirituales Filii Sacerdotes sacrati, divinæque gratiæ charismatibus insigniti dicitari valebunt? Idcirco tantæ dignitatis culmen ipse fœliciter assecutus, dona defero, etsi exigua, sacrificia quantumvis non magna, anathemata tametsi non æque grandiaquàm par foret præcelsæ dignitatis supremis aris inferre: Sacerdos denud institutus, ac tanti Parentis nobilissimo stemmate sigillatus.*

Nec insciè, insipienterque disservit, qui Patrem filiorum centrum nuncupavit, in quod proles, velut lineæ collimare perhibentur. Vestra, quippè, Reverendissima Paternitas appositè Centrum statuitur, cuius amabilitatis magnetica vivida virtus, cunctorum filiorum animos, tametsi immensæ numerositatis, ceu lineas in scopum directas, mirificè suavitate trahit, dulcissima voluptate tenet, liberrimâ etiam necessitate devincit. Cæterùm; non tantùm in V. R. P. amorem hęc vis efficacissima compulit, verùm & in Seraphicæ Regulæ observationem mirè quidem Alumnos suos deduxit: Validiùs namque subditorum colla, & corda firmantur Superiorum placidâ benignitate, quàm minaci, & torvâ severitate vincantur. Hoc V. R. P. ubique, semperque votum, dissidentes partes lenitatis aurâ conciliare, clientumque animos charitatis habendis in Seraphicæ legis observantiam delinire. Hęc inter omnes pollentissima virtus magnum sublimenque protendens principatum, si Philosopho Cordubensi annuendum lib. 1. de Irâ, cap. 16. *Sola sublimis, & excelsa Virtus est, nec quicquam magnum, nisi quod simul & placidum.*

P

Ter.

Terreant alii severissimis præceptorum fulminibus; solus fragor hominem disturbans, mentem horrere faciens. Sonet V. RR. P. pia, & Religiosa modeltia: Hortetur exemplaris integritas, cui lex clementiæ in linguâ, labiaque favus distilans: Quàm pulchri sunt in Alumnis ad virtutis limina gressus! Quàm fœlices in Seraphicâ professione proventus! Id præ oculis semper habuit V. RR. P. ut legum sarcina subditorum vires non obrueret, sed iugi mitique exemplaris vitæ stylo ad perfectionis fastigium omnes potenter alliceret; non semel expertus tritum illud, cordatè depromptum.

Nec sic inflectere sensus

Humanos edicta valent, quàm vita Regentis;
inertesque prorsus reddi legum vires, si Præfecti exemplum abscedat; imò & chimærum fore putandum, à stirpibus imis vita extirpanda, virtutes legendas, solo præceptorum aratro, si exemplaris irrigatio non suppetat. Quod multiplici experimento probatum, non ignobilis Poeta Ludovicus Big. p. 1. fol. 450. cecinit,

Tolle tuos monitus, & verba diserta, movemur

exemplis multum, Pontice, voce parum;

namque loqui facile est, summi at fecisse laboris:

Si cupis audiri, qua loqueris facito.

Hâc igitur probatâ veritatis norma, suum ritè ac rectè erexit principatum V. RR. P. dotes omnes perfectissimi, & absoluti Generalis affecutus, ut omnibus non verbo solum, sed & exemplo proficeret. Talem præscripsit, imò & prædixit Generalem in propatulo, qualem in cubiculo: Sibi, & omnibus æqualem sola pietate præcellentem, mitem, facilem, sermone, & opere prælucentem, qui Religionis Opus obstipio capite non præferret, aut præmeditati vultus gravitate, sed virtutis summam in summa Omnium virtute eminentissimo omnium charismate collocaret: Qui nihil doceret, quod prius ipse non faceret: Qui gregem non lupatis regeret, sed gratis monitionum demulceret lenociniis: Qui autoritatem anteriorum præceptis non retro vultu præstaret, sed præstanti affectu; hominem in sese obijciens sobrium, prudentem, ornatum, non cupidum, sed inopi familiæ bene præpositum, omni ex parte irreprehensibilem, eloquio suavem, vita morigerum, in omnibus fastum aborrentem: talem utique, qualem decet esse Seraphici Parentis legitimum Successorem.

Quamobrem, Præsul vigilantissime, nec si possem vellem, nec si vellem possem hoc Opus alii unquam sacrare, quàm V. RR. P. in quo
Libri

Libri nobilissimum coronamentum præponendum dignovi, cunctis plenè titulis, quibus magnigeret clara luce compertis, ut Operis supercilium egregiè summequè commendarem. Irradiant, quippè, in V. RR. P. celsitudine eximii, Regiique Ecclesiastæ gloria, Seraphicæ Successionis encomium, & amplissimi Imperii authoramentum; quorum munerum excelsa præconia splendida præstant Operi magnitudinis argumenta.

Verba Ecclesiastæ Filii David Regis Hierusalem, præmisit omnium Sapientissimus Salomon Sacri Codicis summam autoritatem nactus. Ubi subtiliter eleganterque, pro more suo, Rupertus Abbas in hæc verba prorupit: *Tribus magnis nominibus pro utilitate audientium paravit huic Libro autoritatem, seipsum nominans Ecclesiastem, idest, Concionatorem, Filium David, & Regem Hierusalem.* Præterire impresentiarum lubet pleraque munerum insignia V. RR. P. mirificè extollentia: Tribus tantum encomiis sublimen fateri molimur. Percelebris Catholicæ ac Augustæ Maiestatis *Ecclesiastæ* honore, cuius munia ita plausibiliter obivit, ut nefas putaverim in his demorari, quæ non tantum Regiæ Hispaniarum Curie, verum & toti Castellæ luce clariùs coruscant. Mystici Davidis prolem, Seraphici Protoparentis iure optimo Succedaneum, Virum sane *iuxta cor Dei* præclaris amoris funibus Christo appensum: *Principem* inter tres Chordigerorum Familias adoratum, nemo inficiatur, neque sine temeritatis nævo cuiquam ambigere licet.

Hierosolymorum denique Dynastam, Superiorem, ac in spiritualibus Dominum quamplures commendant incolentes Civitatem, V. RR. P. imperio, nutui, ac obedientiæ mancipati, quorum vigili indefessâ cura Sanctorum Locorum cultus indiès accrescit, donec dies elucescat, quo à tyrannico Turcarum iugo indemnus evadat Alma Solymorum Civitas, plenequè proprio vendicetur Domino, quem per brevi futurum speramus Hispanorum Regem, Philipum multimodè nostrum, cuius faustissima Regni primordia, armorumque prima præclara facinora maiora nobis portendunt auspiciatissimæ fœlicitatis monumenta; & à quo V. RR. P. in Supremæ Classis Hispaniæ Procerem incredibili omnium plausu fuit evehctus.

Confluunt igitur in V. RR. P. præcellsa quæque gloriosa stemmata, & Virum magnum ad Cœlos usque efferentia, & Opus nostrum ab imo ad summum claritudinis gradum proclamantia. V. RR. P. est Opus, nemo quippè magis proprium, quàm Author, & merito filiationis, & vinculis strictissimæ necessitudinis. Continet ergo
Libri

Liber in sui vestibulo quicquid clarum, quicquid plausibile ambire valet, dum in V.R.R.P. & Regii Ecclesiae honos, & Davidicę mystica sobolis Laurus, & Solymorum clarissimus spiritualis Principatus trina ingens gloria resplendet. Sistet, neque amplius decurrat penna nostra, si poena duntaxat nostra futura sit, tanti Parentis ac Mecęnatis laudes pro dignitate non pandere. Interim Supremum Numen exorare pręstet, Reverendissime Pater, ut sospitem incolu- memque tueatur V. R.R. P. quatenus Officii sui pensum amussim va- leat absolvere, in nostrę Religionis splendorem, eximiumque emo- lumentum. Ita in votis habemus. In hoc Vestrę Reverendissimę Paternitatis Religiosissimo Asceterio Domine Nostrę de Monlora, ad famigeratum Oppidum de Luna, Sexto Idus Septembris, Anni 1703.

Vestrę Reverendissimę Paternitatis

Addictissimus obsequentissimusque filius

Fr. Antonius Castel.

Hic

Hic tertius Sententiarum in Magistrum Liber prodit omnibus Licentiis, & Approbationibus aliorum Vo- luminum, tũ Illustrissimi Ordinarii, tũ Regii Senatũs.

LICENTIA ORDINIS.

FRATER Ildephonsus de Biezma, Catholice Maiestatis Regis Hispaniarum Concionator; eiusdemque pro Re- gali Conceptionis Immaculate Congressu Theologus; ac to- tius Ordinis S. P.N. S. Francisci Minister Generalis & Servus, &c. Dilecto nobis in Christo P. Fr. Antonio Castell, Lectori Iubilato, Provincia nostrę Aragonię, salutem.

Cũ, iuxta Apostolicas, & Ordinis nostri Constitutiones, revisus, & approbatus sit Tertius Tomus Operis a te compo- siti, cui titulus indicitur: *Brevis Expositio ad quatuor Petri Lombardi Parisiensis Episcopi, & Sententiarum Magistri Li- bros, &c.* Tenore pręsentium, cum salutaris adiuncto pari- ter Obedientię merito, facultatem tibi facimus, quantum ad authoritatem Officii nostri spectat, ut servatis omnibus alio- qui servandis, illum typis evulgare possis, & valeas. Dat. in hoc nostro Conventu Domine Nostrę de Monlora, Provin- cię huius nostrę Aragonię, die tertia decima mensis Iunii, anni millesimi septingentesimi secundi.

Fr. Ildephonsus de Biezma,
Minister Generalis.

De mandato suę Reverendissimę

Fr. Ioannes Rendero,
Secretarius Generalis Ordinis.

AD

AD LECTOREM.

EN, à Secundo Primum posterioremque Magistri Sententiarum super ipsius litteram amulsitatum Volumen, nec non à capite ad umbilicum cunctum exasciatum Opus, tibi defero, Lector amicissime, quod revera ab aliis non multum abludit imago. Ibi ad unguem rem acu tetigimus per tritam quadraginta Distinctionum semitam, de Verbi divini quippè, mirabili Incarnatione: Christi Domini perfectionibus, affectibus, necessitate, ac præcepto moriendi: Deque fide, spe, & charitate theologicis, aliisque Cardinalibus virtutibus, unà cum Spiritus Sancti donis: Adhæc, decem de præscriptis decalogi, triplici mendacii genere, periurio, ac legis novæ ac veteris explorata distantia.

Profecto Liber hic in nostro ære est, nostrisque auspiciis crebris oppugnationibus nobilitatus, qui nec alienum arat fundum, nec in Distinctionibus aliquid spargit, nec bullatis nugis gliscit, cum eum sanè intra terminos Magistri Scolæ absolverim constitutus. Hactenus universa Magistri Scripta evolvi impigro, imò improbo labore, & succum suxi ex ipsis, & expressi, & in has Distinctiones ubertim emisi. Intimos litteræ penetrare sinus, & occultas quæstionum fibras accurata, & studiosa indagine intendi rimari. Ego provinciam hanc subivi libenter, ab aliis libentius vidissem hoc factitatum: At ubicunque piaculum quicquam dixerim, dixisse me nollem. Si ergo in his posterioribus Voluminibus, vel Typographi incuria, vel mei absentia, nonnulla irreperint errata, prudenter sustine, & comiter animadvertite, ut te non sine gratia benevolum experiar. Vale, salve, & vive Lector, quibus huic Magistri Sententiarum moroso penso faustum imponimus colophonem.

EL

EL REY.

POR quanto por parte de Don Ramon Antonio del Rivero, vecino de esta Villa, se representò en el mi Consejo tenia escrito el Libro intitulado *Brevis Expositio, ad quatuor Petri Lombardi, Parisiensis Episcopi ex Sententiarum, Magistri, Libros sedulo ac lepidè concinnata*, su Autor el P. Fr. Antonio Cattèl, Lector Jubilado que fuè de la Provincia de Aragon del Orden de San Francisco: Y recelándose el susodicho de que se le reimprimiessen, mediante ser obra muy costosa; y para su seguridad, suplicò al mi Consejo fuesse servido concederle Licencia, y Privilegio por tiempo de diez años, para continuar en dicha reimpresion: Y visto por los del mi Consejo, se acordò expedir esta mi Cedula: Por la qual concedo Licencia, y Facultad al expressado Don Ramon Antonio del Rivero, para que sin incurrir en pena alguna, por tiempo de diez años primeros siguientes, que han de correr, y contarse desde el dia de la fecha de ella, el susodicho, à la persona que su poder tuviere, y no otra alguna pueda imprimir, y vender el referido Libro, intitulado, *Brevis Expositio ad quatuor. Petri Lombardi Parisiensis Episcopi, ex Sententiarum, Magistri, Libros sedulo, ac lepidè concinnata*, con que se haga en papel fino, y por el exemplar que sirve de original, que en el mi Consejo se viò, que và rubricado, y firmado al fin de Don Joseph Antonio de Yarza mi Secretario, Escrivano de Camara mas antiguo, y de Gobierno de èl, con que antes que se venda se trayga ante ellos, juntamente con dicho exemplar, para que se vea si la reimpresion està conforme à èl, trayendo asimismo fee en pública forma, como Corrector por mi nombrado se viò, y corrigiò dicha reimpresion por el dicho exemplar, para que se tasse el precio à que se ha de vender: Y mando al Impressor, que reimprimiere el referido Libro, no reimprima el principio, y primer pliego, ni entregue mas que uno solo con el exemplar al dicho Don Ramon Antonio del Rivero, à cuya costa se reimprime, para efecto de dicha correccion, hasta que primero està corregido, y tassado el citado Libro por los del mi Consejo; y estandolo así, y no de otra manera pueda reimprimir el principio, y primer pliego, en el qual seguidamente se ponga esta Licencia, y la Aprobacion, Tassa, y Erratas, pena de caer, é incurrir en las contenidas en las Pragmaticas, y Leyes de estos mis Reynos, que sobre ello tratan, y disponen: Y mando, que ninguna per-

so.